

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] vtatur ira in sua operatione? 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

animum suum contra pericula præparare : qua etiam præparatione fortis vtitur , cum tempus adest . Et per hoc patet responsio ad obiecta .

ARTIC. X.

626

inf. a. 11

a. 1. &

vir. q. 26

ar. 7 cor.

pn. et. 2.

Ethi. lect.

17.

*c. 4. fo. 2

li. 1. c. 16

int. prin.

& med.

c. 8. à me.

10. 5.

Ibidem.

3. 2. q. 24.

art. 2.

RESPONDEO

dicendum,

quod de ira & de ex-

teris animæ passionibus,

sicut supra dictum *

est, aliter

sunt locuti Peripatetici ,

& aliter Stoici ,

Stoici enim

iram

Vtrum fortis vstatir ira in actu suo ?

AD decimum sic proceditur . Videtur , quod fortis non vtratur ira in suo actu . Nullus enim debet assumere , quasi instrumentum sua actionis , illud quo non potest ut pro suo arbitrio . Sed homo non potest ut ira pro suo arbitrio , ut scilicet possit eam assumere , cum velit , & deponere cum velit . Ut enim Philosopher dicit in libro de memoria , quando passio corporalis mota est , non statim quietescit ut homo vult . Ergo fortis non debet assumere iram ad suam operationem .

¶ 2 Præterea , Ille qui per se ipsum sufficit ad aliquid peragendum , non debet in auxilium sui assumere id quod est infirmius & imperficius . Sed ratio per seipsum sufficit ad opus fortitudinis exequendum , in quo iracundia deficit . Vnde Seneca * dicit in libro de ira , Non ad prouidendum tantum , sed ad res gerendas satis est per seipsum ratio . Et quid stultius est , quæ hanc ab iracundia petere præsidium ? rem stabilem , ab incerta , fidelem ab infida , sanam ab ægra ? Ergo fortitudo non debet iram assumere .

¶ 3 Præterea , Sicut aliqui propter iram opera fortitudinis vehementius exequuntur : ica etiam propter tristitiam , vel concupiscentiam . Vnde Philosophus * dicit in tertio Ethicorum , quod ferre propter tristitiam sive dolorem incitantur ad pericula , & adulteri propter concupiscentiam multa audacia operantur . Sed fortitudo non assumit ad actum suum neque tristitiam neque concupiscentiam . Ergo pari ratione non debet assumere iram .

SED contra est , quod Philosophus dicit * in tertio Ethic . quod furor cooperatur fortibus .

RESPONDEO dicendum , quod de ira & de extensis animæ passionibus , sicut supra dictum * est , aliter sunt locuti Peripatetici , & aliter Stoici . Stoici enim

iram & omnes alias passiones animæ ab animo sapientis siue virtuosi excludebant. Peripatetici verò, quoru princeps fuit Aristoteles, iram & alias animæ passiones attribuebant virtuosis, sed moderatas ratione. Et forte quantum ad rem non differebant, sed solum quantum ad modum loquendi. Nam Peripateci omnes motus appetitus sensitivi qualitercumque se habentes, passiones animæ nominabant, ut supra dictu. *Ibidem*

est. Et quia appetitus sensitivus mouetur per imperium rationis ad hoc, quod cooperetur ad promptius agendum; idcirco ponebant & iram & alias passiones animæ assumendas esse à virtutis, moderatas secundum imperium rationis. Stoici verò vocabant animæ passiones immoderatos quosdam affectus appetitus sensitivi: unde nominabant eas ægritudines, vel morbos: & ideo penitus eas à virtute separabant. Sic ergo iram moderatam assumit fortis ad suum actum, non autem iram immoderatam.

Ad primum ergo dicendum, quod ira moderata secundum rationem, subiectur imperio rationis: unde consequens est, ut homo ea vitatur pro suo arbitrio: non autem si esset immoderata.

Ad secundum dicendum, quod ratio non assumit iram ad suum actum, quasi auxilium ab ea accipiēs: sed quia vitetur appetitu sensitivo, ut instrumento, sicut & membris corporis. Nec est inconveniens, si instrumentum sit imperficius principali agente: ut martelus fabro. Seneca autem sectator fuit Stoicorum, & directe contra Aristotel. verba premissa proponit.

Ad tertium dicendum, quod cum fortitudo, sicut dictum est *, habeat duos actus, scilicet sustinere & aggredi, non assumit iram ad actum sustinendi; quia hunc actum sola ratio per se facit, sed ad actum aggrediendi, ad quem magis assumit iram, quam alias passiones: quia ad iram pertinet infilare in rem contristantem, & sic directe cooperatur fortitudini in aggregando. Tristitia autem secundum propriam resonem succumbit nocuo. Sed per accidens coadiu-

*ar. 6. hu
im quaf*

C 2 1125

uat ad aggrediendum , vel in quantum tristitia est
 1. 2. q. 47 causa iræ , vt supra dictum * est ; vel in quantum ali-
 a. 1. et 3. quis exponit se periculo , vt tristitiam fugiat . Simili-
 ter etiam concupiscentia secundum propriam ratio-
 nem tendit in bonum delectabile , cui per se repu-
 gnat aggressio periculorum . Sed per accidens quan-
 doque coadiuat ad aggrediendum , in quantum sci-
 licet aliquis vult potius in pericula incidere , quam
 a. 8. a me delectabili carere . Et ideo Philosophus * dicit in-
 dio, 10. 5. tertio Ethicorum , quod inter fortitudines , quæ sunt
 ex passione , naturalissima esse videtur , quæ est per
 iram , & accipiens electionem , & cuius gratia (scilicet
 debitum finem) fortitudo sit vera .

ARTIC. XI.

2. qu. 6. *Verum fortitudo sit virtus cardinalis?*
 a. 2. et 3. **A** vndecimum sic proceditur . Videtur , quod for-
 titudo non sit virtus cardinalis . Ira enim , vt di-
 catur , est * , maximam affinitatem habet ad fortitudi-
 nem . Sed ira non ponit passio principalis , nec etiā
 d. 33. q. 2 audacia , quæ ad fortitudinem pertinet . Ergo nec for-
 a. 1. q. 3. titudo debet ponи virtus cardinalis .
 q. 4. **¶** 2 Præterea , Virtus ordinatur ad bonum . Sed
 vir. q. 1. fortitudo non directe ordinatur ad bonum , sed ma-
 gis ad malum , scilicet ad sustinendum pericula &
 a. 12. ad labores , vt Tullius dicit . Ergo fortitudo non est virtus
 25. et 26. cardinalis .
 q. 5. **¶** 3 Præterea , Virtus cardinalis est circa ea , in
 art. 2. quibus præcipue versatur vita humana , sicut ostium
 a. præc. * cap. 1. in cardine veritatis . Sed fortitudo est circa pericula
 † Ambr. mortis , quæ raro occurrit in vita humana . Ergo forti-
 li 3. in c. tudo nō debet ponи virtus cardinalis , sive principalis .
 beati pau SED contra est , quod Greg. 22. *Moral . & Ambros.
 peret , 10. super † Luc . & August. in libro * de morib. Eccle-
 sia , numerant fortitudinem inter quatuor virtutes
 * 15. **¶** 4. cardinales , sive principales .
 22. 10. 1. RESPONDEO dicendum , quod sicut supra dictum
 1. 2. q. 6. est * , virtutes cardinales , sive principales dicuntur , quæ
 a. 3. **¶** 4. præcipue sibi vendicant id quod pertinet communiter

ad